

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium am
cum uariis

Statera dolosa non tantum in mensuratione pecunie sed in iudiciaria discretione tenetur. Qui enim aliter causam pauperis, aliter potentis, aliter sodalis, aliter audit ignoti, statera utique librat iniqua. Sed et is qui sua bene gesta meliora quam proximorum et sua errata iudicat leuiores statera dolosa, nec non et ille qui honera importabilia imponit in humeros hominum, ipse autem digito suo non uult tangere ea, eciam ille qui bona in publico et male agit in occulto, pro iniquitate libre dolose abhominabiliter a Domino; at qui sinceriter agit in omnibus, qui causam et causam equa lance discernit, is nimirum iusti iudicis uoluntati et actioni congruit.

Beda libro II. super Prouerbiis: Statera dolosa et cetera.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Iudex siue iudicium am] Iudex siue iudicium al P V¹ V² L¹ L²; librat] laborat (librat *add. supra lin. ab alia manu*) B; statera dolosa] staterando P V¹ V² L¹ L²; non] tamen C; abhominabiliter] abominabitur P V¹ V² L¹ L²; at] et P V¹ V² L¹ L²; et causam *om.* P V¹ V² L¹ L²; lance] laude P V¹ V² L¹; Prouerbiis] illud Prouerbiorum *add.* P V¹ V² L¹ L²